

Dissertatio medica inauguralis de affusionis frigidae in febribus usu; cum observationibus de comitatus Meath epidemica [sic]m apud Navan, annis 1816, 1817 / [Gordon Jackson].

Contributors

Jackson, Gordon, 1938-

Publication/Creation

[Edinburgh?] : [Oliver & Boyd?], [1823]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qyt7kqsk>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
AFFUSIONIS FRIGIDÆ
IN FEBRIBUS
USU;
CUM OBSERVATIONIBUS DE COMITATUS MEATH
EPIDEMICA,
APUD NAVAN, ANNIS 1816, 1817.
QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;
Pro Gradu Doctoris,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
GORDON JACKSON,
HIBERNUS,
COLLEGII REGII CHIRURGORUM LONDINENSIS SOCIUS,
NECNON,
SOCIUS SOC. MED. COLL. TRINITATIS EBLANÆ HONORARIUS.

Non ignara mali, miseris succurrere disco.—VIRG.

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT OLIVER ET BOYD.
MDCCCXXIII.

DISSERTATIO MEDICA
INAGURALIS
DE
AFFUSIONIS FRIGIDAE
IN FEBRIBUS

USE:
CUM OBSERVATIONIBUS DE CONSTANTE MORBI
EPIDEMICA
ABD. NATA. ANNIS 1841
GORDON J. L.
ANNUNTIUM SUMMO NUMERO
EX AUCTORITATE REVERENDI ACADEMICI VICE
D. GEORGI BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIE EDINBURGENSIS PRAELECTI



Kalends Augusti, hora tertiae edita.

EDINBURGH

RECUPERANT OLIVER ET BORN

MDCCCXLII

EGREGIO VIRO

JOHANNI BROWNE, M. D.

COLLEGII REGII CHIRURGORUM IN HIBERNIA

SOCIO.

UNI MEDICORUM AD RECEPTACULUM FEBRICANTIUM

ET

VALETUDINARII COMITATUS MEATH, APUD NAVAN

CHIRURGO.

HAS SUAS DE FEBRE PRIMITIAS

GRATUS PROPTER MULTA MEDICA PRÆCEPTA

SIBI AB EO LIBERALISSIME COMMUNICATA

LUBENTISSIMO ANIMO

INSCRIBIT

AUCTOR.

EXCERPT

EXCERPT

EXCERPT

J. W. BROWN, M.D.

JOHANNI BROWNE, M.D.

COLLEGIUM REGIUM MEDICORUM IN HIERUSALEM

COLLEGIUM REGIUM CHIRURGICORUM IN HIERUSALEM

RECTOR

ETI MEDICORUM AD RECEPTACULUM PEDIATRICUM

ET

ET

VALENTINIANI COMITATUS MEATE ADU NAVAN

ADU NAVAN

CHIRURGO

CHIRURGO

HAS RUAS DE PEDRA PRIMITIVA

CHIRURGO

GRATUS PROPTER VULTA MUNDI PRACERTA

SIBI AD NO HIERUSALIMIS COMMUNICATA

CHIRURGO

CHIRURGO

CHIRURGO

CHIRURGO

CHIRURGO

CHIRURGO

NECNON

EXIMIO MEDICO

J. W. MORGAN, M. D.

COLLEGII REGII MEDICORUM IN HIBERNIA.

SOCIO :

MEDICORUM

AD DISPENSARIUM EBLANENSE GENERALE

UNI ;

NECNON

NOSOCOMII WHITWORTH APUD DROMCONDRA

PROPE EBLANÆ

MEDICO :

HOC OPUSCULUM

PARVUM SED SINCERUM TESTIMONIUM

SUMMÆ VENERANTIÆ, INTEGRÆ

ESTIMATIONIS EA QUA DECET REVERANTIA

OFFERT AUCTOR.

EXCIPIT

RECEIPT

J. W. MORGAN, M.D.

JOHANNI CLASSEN, COUNCILOR

COLLEGIUM REGIUM MEDICORUM IN HEBRONIA

RECEIPT

MEDICORUM

COLLEGIUM

AD DISPENSARIUM EXPLANARE GENERALI

HOC TESTAMENTUM

RECEIPT

SUMME TESTAMENTUM

RECEIPTUM WHITEORTH AD PROPRIO

RECEIPT

MEDICORUM

HOC OPUSCULUM

RECEIPT

RECEIPTUM REGIUM MEDICORUM

SUMME TESTAMENTUM

RECEIPTUM REGIUM MEDICORUM

OFFERT AUCTOR

DISSERTATIO MEDICA

NECNON

INAUSCULTABILIS

REVERENDO VIRO

SEN

JOHANNI CLASSON COURTENAY,

STUDIORUM OLIM NOSTRORUM

COMITI,

DE APPUS HOC TENTAMEN DE IN FEL

BRIBUS USU

SUMMÆ VENERANTIÆ

OMNIVIS, amorem quibuscumque malis
conflatur, is qui AC AMORIS

notuendus Pelvis est. Iam enim plurimi
evadant incolumes; PIGNUS

aliqui perirent, et tanta est affectuum multu-
tudo, ut decimus INSCRIBIT

quis noster repetitis operibus succurrit con-
fuit, tandemque AUCTOR.

Malum quoque sapit, quod est medicabile
nonnulla idemque notis. Rursum invenitur ne

medicina. Si quis quidem sapit, potest, nec
pauca fabulorum vestigia respicit, nec incedit

DISSERTATIO MEDICA

IN
GALLICA

REVERENDO VIRI

DE

ARTIFICIIUM

IN FEBRIBUS

DE

DE AFFECTIONIBUS ACUTIS FEBRIBUS IN FE-

BRIBUS

SUMME VENERABILIS

OMNIVM . morborum quibusdam mortalitas
constituitur, in quibusdam genere humano
metuendus Febri est . Iam enim plurimi
evadunt incolunt, vel parum laesi, semper
aliqui perunt; et tanta est affectionum multi-
tudo, ut decimas vel vigintiimas quibus mo-
rens aequo repetitione ingrederetur numerum con-
sistat, tandemque status populi miserandum
edat.

Malum quippe augere, quod est medicabile
conducit idcirco contra febrem invenit re-
medium . Signa quidem febri possumus, nec
parcos febrentium morti expere: sed medicandi

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
AFFUSIONIS FRIGIDÆ
IN FEBRIBUS USU.

DE AFFUSIONIS AQUÆ FRIGIDÆ IN FEBRIBUS USU.

OMNIUM morborum quibuscum mortalitas conflictatur, is qui maximè genere humano metuendus Febris est. Licet enim plurimi evadant incolumes, vel parum læsi, semper aliqui pereunt; et tanta est affectorum multitudo, ut decimus vel vigesimus quisque moriens sæpe repetitus ingentem numerum conficiat, tandemque stragem populi miserandam edat.

Malum quoque auget, quod ars medicinalis nondum idoneum contra febrem invenerit remedium. Signa quidem lenire possumus, nec paucos febrientium morti eripere: sed medendi

ratio æque efficax, ac in inflammationibus multisque aliis morbis constat, adhuc desiderata est. Quandocunque igitur notitiæ nostræ de febribus curandis aliquid adjectum fuit, æqui bonique candidissimi Æsculapii filii id consulere; neque alia medendi methodus, gratiùs ab iis accepta, vel majoribus laudibus elata est quam ea *Frigidæ febrientibus affusio*, qua nos, ut disputationis nostræ materie, usuri sumus.

Ingenio Jacksonii, laboribus Currie et Wright, quod addiderim non multum collegi: fas tamen sit, eorum inventa novis experimentis confirmare, præsertim cum mihi contigerint crebræ occasiones, febrem communem continuam Hiiberniæ contemplandi, nec raro frigidæ affusæ efficaciam testandi. Exempla, quibus nititur iudicium nostrum infra statuere visum est.

DE FRIGIDÆ IN FEBRIBUS HISTORIA.

QUICUNQUE vetustatis monumenta diligenter evolvit, multa de febrium curatione, attentione dignissima inveniet. Earum enim regionum quibus literæ, ideoque medicina, olim maximè cultæ sunt, febris morbus princeps fuit popularis. Hinc longe maxima pars morborum in libris antiquis descriptorum febres sunt;

nec minus remediis iis idoneis abundant. Calor regionum natus proculdubio causa erat cur prisci medici ad refrigerantia in febribus curandis confugerint; nam corporis calor ut-cunque iis sit vehemens, a conatibus naturæ nimis ad acrimoniam e sanguine expellendam oriri videbatur. Nihilominus, aquæ frigidæ affusio apud Græcos vel Ægyptios originem habuit; quippe qua ipse Hippocrates usus sit in enteritide aliisque inflammationibus multo cum commodo, ut ipse* narrat. Celsus jubet folia vitis in aqua frigida tincta super stomachum imponi in febribus; et Antonius Musa Augusto Cæsari feliciter, Marcello infelicissime, adhibuit. Quidam Charmes postea frigidæ in febribus affusionem in usum generalem introduxit; et præcepta eo necessaria postea a Galeno tam accurate tradita sunt, ut scriptores recentes minus auxisse, quam in usum medicorum revocasse, videntur. Quicunque ejus methodum legere cupiunt librum doctissimi Roberti Jackson consulant, ubi loca pleraque excerpta invenient. Theoria febris quæ Galeno placuit nihil ferè ab Hippocratica dissidebat: sed haud difficile erat alterutram earum ad experientiam factaque inflectere.—

* Epid. v. 18.

Quinetiam, licet temporis lapsu, literisque redi-vivis, Galenus summum apud medicos auctori-tatis fastigium rursus obtinuisset, ejusque ipsis-simus liber affusionem docens, a Linacero nos-tro latina interpretatione donatus fuisset, non tamen hæc curatio in usum reducta est. Sive enim vulgaria omnia, ut aërem et aquam, pere-grina venantes, negligere medici consueverint; sive res ipsa post lectionem nunquam in men-tem venerit; utcunque res se habeat, nihil du-bito, quin ejus neglectus plures mortalium perdiderit, quam illorum saeculorum celebrata prælia.

Neque vero idem omnibus Galeni interpre-tibus contigit. Arabes, qui, nescio quomodo artes Græcorum sibi attraxerant, Galenum summâ diligentîâ excoluere: et hanc ejus praxin per eas regiones quas fidei pseudo-pro-phetæ sui addiderant, sparsêre. Hinc apud eorum scripta, multa de eadem extant; atque cum peregrinator illustrissimus, Joannes Char-din in Perside commoratus sit, A. D. 1674; atque recentius Scotus ille Jacobus Bruce apud Afros sæpissimè viderunt; ita quidem ut ipse Chardin affusionem frigidam febre affectus fe-licissimè subierit. Apud Europæos tamen res pene ignota jacuit ante annum 1737, quum in febre Wratislavia celeberrimus A. de Haen af-

fusionem haud infeliciter usus est. Ab eo tempore diuturno medicorum silentio sepulta est; quamvis, interea loci, regimen frigidum in exanthematis quotidie magis usitatum fiebat.— Variolæ enim inserendæ artificium eodem penè tempore introductum, leniorem morbum inducendo, medicos cum eo felicius contendere docuerat et usum regiminis frigidi ostenderat. Celebris admodum medicus, Robertus Jackson, primus inter nostrates ad febrium curationem per aquam affusam, A. D. 1777 (inter navigandum) adhibuit. Post eum Dr G. Wright, haud indoctus medicus Edinensis, rem fusè in tractatu proprio, A.D. 1786, tradidit; atque mense Decembri ejusdem anni, Dr J. Currie Liverpolensis experimento subjecit in nosocomio ejus oppidi; annoque 1797, multorum experimentorum eventus juris publici fecit in libello de aquæ in febribus usu, quem deinde in duo volumina “Reports” Anglicè dicta, haud sine medicorum laude meritissimâ, expandit. Nos igitur haudquaquam rem novam aggredimur, sed medicorum consensu nuper et olim sancitam. Neque ut dixi, multum novi adjicere potero: sed cum ex legibus hujus almæ acemiæ aliquid necessario sit scribendum, eam materiam, cujus potestatis sæpenumerò testis fui, seligere decrevi. Aquæ enim frigidæ af-

fusione trecentis pluribusque exemplis usus sum; sæpe feliciter; et testimonium saltem nostrum veritati addere juvat.

DE FEBRIS HIBERNICÆ NATURA.

INTER eam febrem epidemicam quæ nuper per Hiberniam nostram grassata, tam diras edidit ubique strages, ferè ab anno 1815 ad 1819 sine intermissione: in valetudinario comitatûs "Meath" apud Navan, egomet commoratus sum. Ibi quidem loci egenorum labore quotidiano vitam tolerantium multitudo immensa est: egestas summa, quæ, cum contractis, impuris habitaculis, ad febrem omnimodis propagandam conferebat. Infando illo tempore nullum, uti nunc est, apud Navan Receptaculum febrientium fuit: quo factum est, ut mihi horas vacivas miseris febrientibus in casulis suis gratuito invisendis elocare contingerit. Hæc igitur febris erat, de qua specialiter tractare animus est. Hæc verò tam diligenter a doctissimis viris Barker et Cheyne descripta fuit, ut mihi non opus erit nisi prima ejus lineamenta tradere. Febris plerumque eam induit formam *continuam*, quam Cullenus *Synochum* nominavit. Signa enim apud initium morbi

excitationem cordis ac arteriarum haud mediocrem monstrabant; impetu, in plerisque exemplis, sanguinis caput versus haud mediocri comitante. Talibus quidem cutis calor præter naturam auctus erat, ipsa cutis arida, quasi exusta, manui pertractanti ingrata.

Talis erat febris nostra atque naturæ admodum contagiosæ, utpote cujus aggressum ipse nequaquam evaserim. Cl. Doctor Armstrong nuper sub nomine Typho eam tres in species quasi divisit; ut faciat Typhum simplicem, typhum inflammatorium, typhum congestivum; ad secundum harum specierum febris Hibernica quam ipse curavi, ni fallor, pertinebat. Idem auctor tria naturalia febris communis continuæ stadia novis quodammodò nominibus insignivit; stadium *oppressionis*, stadium *excitationis*, stadium *collapsus* vocans, quæ olim *Horroris*, *Renixus*, *Putredinis* à Cullenio appellata sunt. Et omnia hæc stadia in epidemia Hibernica visa sunt; quamvis fatendum est, me sæpius secundum inter stadium ægros invisisse. Pauperum enim mos est prima naturæ laborantis monita, nempe *horrores*, negligere.

DE METHODO AQUAM FRIGIDAM
ADHIBENDI.

TRES aquæ frigidaë extrinsecùs exhibendæ rationes medici usurpant. Possunt enim ægrum in Balneum frigidum, quod solum vocant, leniter demergere: possunt ex spongia vel panniculo (qui mos fuit Hippocrati,) corpus febrientis frigidâ conspergere; possunt demum aquam ex amphora, more quoque Hippocratico, ægro decumbenti vel etiam sedenti adfundere uno rivo, et impetu plus minus vehementi, prout opus videatur.

Quarta quoque methodus in tetano et subluxationibus increbruit, aquam ex antlia vel editiore quodam loco, leni rivo in ægrum defundere; quinetiam pluviale factum est balneum, quo aqua, prius in plurimas guttulas sparsa, super hominem in imbre densissimo depluit. Illud quidem morbis spasmodicis et nervosis quam febribus accommodatius est; vehemens enim, nec semper periculo vacuum remedium.

Ex omnibus istis modis affusione præcipuè usus sum, utpote commodissimo simulque efficacissimo. Minimè nego, conspersionem cutis ex spongia, vel submersionem in solio,

bona esse remedia si ritè adhibita sint; quamquam ipse minus expertus sum.—Attamen in frigida febricitantibus adhibenda, præcepta Galeni atque clarissimi Jacobi Currie, ob oculos constanter versata sunt; scilicet *tum aquam recte et utiliter febrientibus affundi, cum nullus algoris sensus subesset; cum summa cutis constanter præterque naturam caleret, cumque nulla generalis perspiratio adesset.* Hæc ferè præcepta sunt, quæ doctissimus Professor Alison, in lectionibus suis luculenter tradit, quibusque, multo cum fructu, me interfuisse gaudeo. Medico hoc clarissimo remedio utenti, duo consilia animo obversantur;—aut febrem medio quasi cursu intercipere, aut, cum id minus licet, compescere, atque lenire. Nescio tamen an multùm valeat talis consilii *curativi* subdivisio; quicquid enim febrem circumcidit, necessario mitigat symptomata, et quod lenit symptomata, febrem necessariò decurtabit. Quum igitur Natura auxilia sua miscet, nos quoque consilia miscere oportet. Sed tempus monet, ut ipsam rei administrationem, qua usus fui, prodam.

Si signa cum præceptis doctoris Currie supra traditis bene convenirent, ideoque, frigidæ affusionem postulare viderentur, nec ulla inflammationis, vel vitii interni nota deterreret; eâ

uti paravi. Sed in iis exemplis quibus caput vehementer implicitum fuit, prius sanguinem, prout opus erat, detraxi; modo ex temporibus ægri per hirudines, modo ipsis temporum arteriis sectis. Summoperè quidem hoc ultimo remedio ægros sublevatos vidi in nosocomio febrientium Eblanæ, Whitworth dicto, præcipientibus doctissimis medicis Stack et Morgan. Quinetiam cum propriâ persona eadem febre laborarem, ipse arteriotomiam a doctore Browne valetudinarii Navanæ chirurgo celebratam, summo cum levamine expertus sum, nec momentanei illius solaminis eam subsequenter, facile obliviscar. Hominem igitur ad rem paratum in scamnum vel sellam collocari jubeo. Tum aquæ amphoras aliquot per corpus affatim defundi; tum corpus benè desiccare linteis: potum ex aqua hordeacea vel avenacea calefactum simul propinari. Aegrum denique in lecto reponi. Hâc formulâ nihil simplicius esse potest, sed miris, nec speratis beneficiis sæpe originem præstat. Calor cutis ille, ante ardens, ingratus, quasi contrectantis digitum urens, statim sedatur; cute ipsa, laxa, molli, pene naturali relicta; sitis restinguitur, anxietas febrilis e præcordiis fugit, sudor corpus perfundit, æger in gratum somnum dilabitur, et pulsuum numerus paulatim minuitur. Exper-

gefactus æger sæpe bene se habere dicit, nec paucis exemplis febris protinùs extincta visa est. Sæpius tamen ut repetatur affusio opus est. Repetitio quidem, præceptis suprà traditis ritè perspectis, nihil nocitura est. Annis 1816, 1817 in plusquam 300 exemplis egomet affusione usus sum; nec unquam in tanta multitudine quidquam aut mali aut incommodi suboriri vidi. Alii quoque medici idem testantur.

In hac regione, ubi aqua per se satis semper friget, non opus erat ut salibus tabefactis vel aceto adjecto, uti calidis locis fieri solet, eam amplius refrigerarem. Neque verò unquam opus erit ei calorem addere. Nunquam enim illud necessarium vidi; et clarissimus Currie usus erat aqua 40° Fahrenheitii frigente, felicissimo cum eventu. Aquam vero hac frigidiorē nusquam obtinere possumus, talis est circulationis hujus laticis natura. Media enim annua temperies Hiberniæ 40 2° F æquat, ideoque fontium temperies tanta est. Porro, cum aqua frigefacta ad 40°. F. gradum fuerit, summam sui densitatem attinet, et ex aquæ superficie per aquas infra sitas, calidiores, ideoque leviores, facilè descendit: nec ullo modo potest aqua frigidior hauriri, donec omnia *strata* ejus summo subjacentia similiter ad superficiem elevata aeris contactu refrixerint, et graviora facta

imum petiverint : Id quod in aquis vivis, vel etiam profundis stagnis nostræ regionis occurrit rarissimè.

QUA RATIONE FRIGIDA PROSIT AFFUSA.

DE modo operandi, quem vocant, aquæ frigidæ in febribus affusæ, hactenùs silui. Evidens enim est, remedium valdè utile esse posse, nec tamen rationem ejus aliquem reddere posse. Quinetiam si morbi ipsius natura parùm cognita est, nec quomodo ægrum malè habeat, nos compertum habemus ; absurdum esset nos audacter de modo, quo eum male habere cessaverit, scriptis disputare. Ita tamen res se habet ; et alterâ parte Jacobum Currie, calorem extinguendo, altera parte Robertum Jackson, *seriem actionum naturalium* in ordinem redigendo, frigidam prodesse contendentes, videmus. Cum priore Hippocrates,* cum posteriore Galenus† stat ; magni auctores, et plus de febre philosophati, quam literis tradidisse videntur. Neuter tamen, ut solet, adversariis persuadere potuit ; quamvis ibi, ut aliàs, obscurior Theoria utpote latioris excusationis capax, plerisque potior videtur.

* De Affect. XI.

† Method. Therap. 8.

Nihilominùs, aliqua ex hâc controversiâ haud injucunda elucescunt. Conflictantium enim corporum collisio lucem elicere consuevit. Quo modo vel ratione, aquæ frigidæ affusio sanum hominem afficit? Hæc quæstio, e quâ procul dubio cætera omnia pendent, nondum declarata est. Alii enim putant frigus purè sedare; alii stimulare; plerique verò, modicâ copiâ vel *dosi* stimulare, magnâ sedare. Doctissimus Stock, Bristolensis multa experimenta instituit, quibus constat, frigus aut vix aut non omninò stimulare: et effectus ejus, quos passim videmus stimulationem referre, re verâ ad animum pertinere. Ægros, scilicet, sed maxime ægras, propter contactum singularem frigidæ et sensum ejus, vix forti utcunque animo tolerandum, invitâ quidem, sed non nisi consuetudine longâ superandâ consternatione percelli; quo animi motu, bene notum est, pulsus arteriarum nunquam non concitari videntur. Huic quidem opinioni ut subscribam vel eò cogor, quod in hâc nostrâ mutabilissima cœli plagâ, sæpenumerò aeris temperies multis gradibus deprimitur; atque eo tempore mortales aerî objecti, nec facultate semet exercendi, vel alio quovis modo contra frigus ingruens sese defendendi instructi, paulatim frigent, torpent, congelascunt, moriuntur; neque minima auctæ

actionis notula in talibus videri potest si mutatio aeris fuit lenta. Subita enim hujus vicissitudo consternationem, animique tumultum parit; sub quibus, nisi cordis actio accelerata esset, contra leges et constitutionem naturæ humanæ peccaretur. Infinita hujusmodi argumenta proferre possem: sed lectorem ad librum doctoris Stock referre malim. Satis constat igitur, præter caloris exhaustionem et sedans remedium esse frigus. Constat quoque *Roborans*, vel tonicum optimum esse. Has virtutes cum febrium phenomenis breviter comparemus. Febricit cui *calor* adest, *pulsus celer*, vires *oppressæ*. Si cum Culleno hæc signa tribuas debilitati a veneno admoto factæ, quæ spasmus vasculis cutaneis infert, ideoque sanguinem ad partes internas regerit, facile videbit aliquis ex supra dictis, quomodo frigida admota calorem tollat, pulsum deprimat, vires pro tempore restituat. *Calorem* enim proprio amovet frigore. Pulsum vi sedante deprimat, et deprimendo, ea maximè vascula quibus in summa cute affusa est, relaxat, ideoque aperit. Hinc sudori via patefacta; et cor arteriæque propter causas jam dietas irritata, magno molimine sanguinem suum ad superficiem corporis propellunt. Sed hic corporis renixus, uti diximus, id eximiè corroborare inventus est. Hoc modo aliquis rationem sibi

affusionis frigidæ veri haud absimilem confingere potest. Sed una re mirè claudicat—cui febris cursum sæpenumerò abrumpat, haudquaquam ostendit. Tollat enim *signa* morbi; *sed causam* signorum, id est, ipsius morbi, non sustulit; ideoque post renixum vasorum sedatum, omnia signa recrudesce debent. In iis casibus igitur, quos medio intercipit cursu, quibusque signa non redeunt, frigida aliquid fecit, quod nos adhuc explicare nequimus. Audiamus tamen scriptorum conjecturas. Hippocrates, et cum eo Currie multique ejus sequaces, frigidam præcipuè calorem detrahendo proficere autumant; hoc sublato, omnia alia irritamenta paulatim subsidere: et naturam, ad normam suam habitumque consuetum redire. Calor autem adeo non est febris origo, ut vix unquam in toto primo febris stadio se ostendat; Deinde frigida radicitus hunc, si causa esset, delere debet; id quod rarissimis exemplis fit.—Denique, talis opinio experientiæ repugnat. Sæpe enim frigida affusio profuit, etiamsi nullus caloris auctus febrientibus inesset. Afri Hispaniolam in nefandam servitudinem transvecti, statim ac febris eos occupat, frigida se proluunt; idque post memoriam hominum eos fecisse verisimile est, a testimonio D. Bourgeois et Bancroft.—Porro, solertissimus Robertus Jackson, utpote diversâ

theoriâ impulsus, affusione sæpissimè utitur cum corpus non calet. Præceptum quod primum Currie tradidit ita respicit, ut curet medicus cutem artificiose calere, priusquam aquam affundat. Sed hunc calorem stimulis et arte excitatum, nihil ad febris originem attinere, manifestum est. Restat ut ejusdem Roberti Jackson opiniones paucis expendamus. Cum Galeno cui nimis favet RHYTHMON aliquem in corpore esse fingit, cujus Rhythmi perturbatrix dirissima febris est. Putat igitur affusionem frigidam, impetu suo solo, vitæ functiones in ordinem redigere, utque recto properent tramite, efficere. Impulsum enim, sive impressionem voces, corpori impertiri, haud minus validum quam *ipse febris impetum* putat; qui hujus actione nova et vehemente, paulatim obscuratur, obsolescit, extinguitur. Qualiscunque enim corporis functionum error febrem fecerit; eum frigidam affusam corrigere in viamque reducere; atque *vi medicatrici naturæ*, qualiscunque ea sit, opportunitatem præbere imperium hominis resumendi; atque actiones vitæ salutes tutandi, ac levandi; uno verbo, febrem opprimendi. Caveat aliquis tamen ne hanc hypothesin cum *Galenica* confundat. Non pura Galenica est, sed similis hypothesis de elementorum *disproportionem pravaque mistura cum excessu calo-*

ris accommodatio est ad placita hodiernorum medicorum: utcunque sit, nullo satis firmo fundamento nititur; neque minus, omnium hactenus redditarum rationum, veri simillima est, uti suprâ diximus.

Postremò, memoria tenendum est, talibus nihilomius conjecturis artem medicam sæpe mire provectam esse, sive *solidæ* sive *inanes* tandem inventæ. Acuunt enim medicorum ingenia; animumque inclinant ad utramque controversiæ partem audiendam: qua re ad veritatis progressum, mentisque candorem excolendum nihil magis valet. Neque tamen ex memoria decidere debet illustrissimi Baconis consilium; “conjecturas inter *multa cognita*, plerumque felices fore; inter *ambigua* aut *falsa* cum veris *mixta*, sæpissime vanas: sed cum *omnia* aut *incognita* aut *falsa* sunt, tum conjecturas quasi semper spem falsuras.”

FINIS.

vis accommodatio est ad placita hominum
 medicorum: utendum sit, nullo estis timore
 damno nititur: neque minus, omnium hacte-
 nus redditum rationum, verisimilitudo est,
 uti super dictis membris etiam hoc
 Postremo, memoria tenenda est, talibus ni-
 bilominus conjecturis atque medicam saepe mite
 opus esse, sive solides sive finces tandem
 invenerit. Accurrit enim medicorum ingenia:
 utrumque inclinant ad utrumque controversias
 prout augendum: quare ad veritatis progres-
 sum, mentis candorem excoledum nihil
 magis valet. Neque tamen ex memoria deci-
 dere debet illud, testis hactenus con-
 jecturas inter multa cognita, plurimum felices
 fore: inter ambigua aut falsa cum teris mixta,
 explanatione vana: sed cum omnia aut incognita
 aut falsa sunt, tum conjecturas quasi semper
 "sperni debent".